



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 9. Ludovici XII. nuptiæ cum Maria Angliæ Regis sorore

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

referunt, ast illi comprehendunt etiam Sæcul. XVI. septingenta illa quadraginta quinque au- A.C. 1514.
reorum millia in Stapulensis foederis legi-
bus promissa (*), quorum tamen non ni-
si exigua pars hucusque Anglis numera-
ta fuerat. Igitur Regis utriusque Depu-
tatis cunctos articulos mutuo consensu
firmantibus, foedus die septima mensis
Augusti utrinque signabatur, quamvis
jam mense Majo ab armis cessatum esset. *Rapin Thoi-*
Triplicis hujus foederis articulos Ra- ras hist. Ang.
pinus de Thoiras integros recitat. t. V. p. 86.
§. 87.

§. IX.

Ludovici XII. nuptiæ cum Maria An-
gliæ Regis Sorore.

Ergo Regia Angliae Princeps in Gallias *Marian. lib.*
deducitur, cum vero solemní ritu Ca- 30. n. 107.
rolo Archiduci despnsata esset, eadem *Polyd. Virg.*
paucis ante firmatum foedus diebus, præ- *lib. 27.*
fente Notario, nonnullisque testibus pa-
lam profitebatur, quod se Castellæ Prin-
cipi Austriae Archiduci fidem suam de-
spondere, vi compulsa fuisset, ac præ-
terea Archidux pollicitus esset, quod
illam, quamprimum decimum quartum
ætatis suæ annum attigisset, per Procu-
ratorem ac per verba de præsenti ducere
vellet, nihilominus fidem suam fefellisset.

Facta

(*) *Vide Librum CXVII. §. 24.*

Sæcul. XVI. Facta hac declaratione iter aggressa Ab-
 A.C. 1514. bavillam pervenit , ubi Ludovici Regis
 nomine Engolismensis Comes die nona
 Octobris Anno Domini millesimo quin-
 gentesimo decimo quarto eam desponta-
 bat. Ceterum Juvenis ille Comes , qui
 Ludovico abs liberis decadente proximus
 Regni hæres erat , animum suum in ado-
 lescentis hujus Reginæ amorem accendi
 senserat ; cum vero Suffolciæ Dux , qui
 Regis Angliæ Legatus eandem in Gallias
 comitabatur , ac ante hasce nuptias illam
 quoque amore deperibat , necdum pristi-
 nas affectus sui flamas extinxisset , Ar-
 thus Gouffierus Engolismensis Comitis ,
 qui alias Valesii Dux dicebatur , Gubernator
 illum serio admonuit , ut sibi provide de
 iñinenti periculo caveret , quod forte ei im-
 penderet , nec cervici suæ Dominatorem sibi
 imponeret , idque merito sibi etiam a Suf-
 folciæ Duce timendum ajebat ; hæc Ar-
 thi admonitio juvenem hunc Comitem
 ab amoris sui plaga sanabat , ille autem
 Suffolciæ Ducem omni in loco velut e
 specula observari iubebat .

§. X.

*Connubium Valesii Ducis cum Clau-
 dia Galliæ Regis Filia.*

*Brantome
 vie des Da-
 mes.*

Eodem anno Claudia Ludovici XII. na-
 tu major filia nupsit Francisco Valesii
 Duci,